In dei nomine Amen xvj^me die marcij Anno domini millesimo CCCClxvj^to Ego Johannes Schedde
de Sudbery fuller Norwicensis diocesis eger corpore compos tamen mentis existens condo testamentum meum
in hunc modum In primis lego et commendo animam meam deo beate marie virgini gloriose et omnibus sanctis
corpusque meum sepeliendum in claustro fratrum predicatorum domus Sudburie Item lego summo altari capelle
sancti petri ibidem iij s iiij d pro decimis oblitis Item lego ad reparacionem ecclesie sancti Gregorij eiusdem ville
iij s iiij d Item lego fratribus conventus Sudburie predicte ad reparacionem domus sue quinque marcas Item
lego fratribus conventus domus de Clare iij s iiij d Item volo quod executores mei inveniant unum capellanum
celebraturum divina celebraturum in capella sancti petri antedicta per unum annum post obitum meum immediate sequentem
pro anima mea et pro animabus parentum meorum et aliorum amicorum meorum et omnium fidelium defunctorum reddendo
eidem capellano pro salario suo octo marcas sex solidos octo denarios sterlingorum Item volo quod custos capelle
sancti petri habeat animam meam recommendatam diebus dominicis in precibus suis dominicalibus ac in missa sua per
unum predictum continue durante uno anno proximo post obitum meum Item lego ad reparacionem
ecclesie sancti petri de Sudbury predicte vj s viij d Item lego ad reparacionem ecclesie de Lavenham
vj s viij d Item lego et do Alicie uxori mee unum tentum cum omnibus suis pertinenciis iacentem in pro
cincta cum stipite et assisis suis imperpetuum libere inde faciendum prout vult Item do et lego Alicie uxori mee
omnia utensilia supellectilia et vasa domus mee libere inde faciendum prout vult Item do et lego eidem
Alicie viginti libras in moneta Item volo quod executores mei dispensant duos denarios inter pauperes
proxime die veneris durantibus quatuor annis proximis post decessum meum Item lego et do
filio meo Willelmo x marcas in moneta Item do et lego Johanni filio meo unum tentum cum omnibus
suis pertinenciis iacentem in villa de Hedyngham et assisis suis imperpetuum libere inde faciendum prout vult
Item do et lego Leticie filie mee et filijs suis vj marcas in moneta numerata Item volo quod capitale
messuagium meum in quo inhabito et alia duo tenta cum suis pertinenciis vendantur per executores meos pro
debitis meis solvendis seu pro legatis meis complendis post decessum meum quam citius poterint Item
do et lego Emme Goldyng vj s viij d Item volo quod si Willelmus filius meus velit emere predictum
tentum in quo maneo ut sicut so aliis Residuum vero omnium bonorum meorum non legatorum vivacionum
debitis meis do et lego in manus executorum meorum videlicet Simonis Sparowe et Walteri Gebelon
de Sudbury predicte quos ordino facio et constituo huius presentis testamenti mei meos executores
ut ipsi disponant pro anima mea testamentum meum compleant et debita que debeo persolvant ut ipsi deum
pre oculis habentes in omnibus alijs fidelitatibus meis et ceteris operibus caritatis sic habeant prout vide-
bunt deo complacere et anime mee prodesse Et ut ipsi a deo eterna consequi mereantur retri-
bucionem In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui die et Anno domini supradictis Et lego
utrique executorum meorum onus administracionis huius testamenti subeuntium pro suo labore vj s viij d

Probatum fuit suprascriptum testamentum apud Lavenham xvj^to die Aprilis Anno domini millesimo
CCCC^mo sexagesimo sexto ac approbatum etc. Et commissa fuit administracio omnium et sin-
gulorum bonorum dicti defuncti Willelmo Gebelon executori etc. de bene administrando etc. ac de
fideli inventario bonorum etc. circa festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum etc. Reservata potestate
et cum venerint commissio Willelmo Spilman ad committendum administracionem bonorum etc.
In dei nomine Amen Anno domini millesimo CCCC^mo ...